



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**De Ivstitia Et Ivre Libri Decem, Reuerendi P. F. Dominici
Soto, Segobiensis, Ord. Præd. Theologi præclariss.**

Soto, Domingo de

Venetiis, 1608

4 An in collatione secularium magistratum subesse possit crimen
acceptationis personarum, an non

urn:nbn:de:hbz:466:1-38878

nos multos reddit, tutum vero neminem, quoniam Papa non est Dominus, ut identidem dictum est, sed dispensator, ideoque qui iniquam dispensationem petit, iniquitatis causa est, & qui ea vitur, eadem semper irretitur iniquitate. Accedit ius Concilij Lateranensis, de quo extra, de praebe-

ca: De multa, & ca. Dudum ecclesia, de electo, ubi nullatenus permittitur duas simul possideri parochiales ecclesias. Et Hostien. & Panorm. & reliqui super cap. extirpanda, de praebe. indubie consentiunt, residentiam similium curatorum non posse per vicarium suppleri. Et ratio est, quia cum beneficium conferatur intuitu personae, ob suam scilicet ipsius dignitatem, illa supplet non potest per pauperem mercenarium, qui ut primum indignus est, quamlibet dignus esset, ut locum haberet mercenarij, non tamen pro ratione fructuum beneficij. Solum ecclesia iusta stipendia pro viro docto & graui, qui si praesens adesset, suis elemosinis, consilijs, fauoribus autoritate possit suo gregi prospicere ac deservire, non ergo haec possunt per mercenarium perfici. Miraculum est, quod licet curato ob eum solum curam & onus quod vicarium vilios quam ponit, sibi substituit, amplitudinem fructuum percipere, reclamante Paulo. Qui non laborat, non manducet. Sed ais, satis est laborare per alium. Profecto si non debet manducare nisi qui laborat, fit ut qui non per se, sed alium laborat, non debet ipse manducare, sed contentus esse, si loco illius alius manducet. At forsasse parochius beneficij: possessor, satis est huic ecclesia hunc vicarium substituere. Responderet autem Ecclesia si fieri sciret, Ergo satis est ei haec quam tu illi tribuis, merces. Cur ergo reliquum ex me absque vilo sermone surripis? Innuabat se huc de residentia Episcopo: um sermo, sed hic adeo amplius est, ut illo totum fere librum nonnum compleuerimus. Audiant ergo interim superiorem Pastorem suum, qui animam suam dedit pro ouibus suis, eos admonentem, quemadmodum mercenarius & qui non est pastor cuius non sunt oues propriae videt lupum venientem, & dimittit oues, & fugit.

Ad argumenta ergo in contrarium conclusiones respondent. Commonstrant. n. illa iura naturam & ingenium, rei ubi nude praebendarum accensu consideretur, ut secunda conclusione explicitum est cuius tertia non repugnat, nempe ut ob legitimas circumstantias id si possit licite. Et pariter responderetur ad auctorum dogmata, ac subinde ad rationem in eo loco adiectam.

ARTICVLVS IIII.

Utrum in collatione secularium magistratum subesse possit crimen accipionis personarum.

Post haec, quae de Ecclesiasticis bonis dicta sunt continuo in hoc 4. ar. similiter insinuat di. putatio de secularibus magistratibus publicisque officijs ac muneribus, quae administrantur iustitiae creati conueuerunt in republica, nempe utrum in illis conferendis ac dispensandis iubeat quoque possit crimen accipionis personarum. Arguntur enim primo a parte negatiua: Bona haec (veluti de ecclesiasticis diximus) sunt stipendia erecta & statim ministris Reipublicae, qui illa mercede sua quisque obsequia impendit, ergo non pertinet ad distribuatam utilitatem sed Reipublicae, vel rex in quem publica potestas translata est, veluti propria bona potest cui liberitate largiri, veluti conductis operarijs, ac subinde sit consequens, ut nullum ibidem locum habeat perionarum accipio. Immo appertius ex eadem radice secundo arguitur. Reipublica atque adeo rex non solum illa publica stipendia, verum & iura quae quisque soluit, ministris iustitiae pro suo placito insinuat ergo nulla ratio veritate videtur quin magistratus ipsos, & officialium loca vendere possit, tantum abest ut in eorum prouisione peccare possit personarum respectu. in contrarium reclamant vox populi.

Quo huius articuli periculis, quae in proximo dicta sunt, per quam facile definiuntur. Est. n. prima conclusio secunda superioris similitima: Bona haec secularia ministrorum iustitiae, licet imaginem, & rei nonnihil gerant iustitiae distributivae, non tamen tali solum ratione estimanda sunt, sed velut materia iustitiae commutativae. Enim vero non sunt ea lance liberanda ac reserenda reipublicae bona, ea tantum ratione applicanda ciuibus quae sint prouentus publici, aut tali ratione ac si sint praemia populi.

Ratio secunda conclusionis. Et ratio est, quia cum beneficium conferatur intuitu personae, ob suam scilicet ipsius dignitatem, illa supplet non potest per pauperem mercenarium, qui ut primum indignus est, quamlibet dignus esset, ut locum haberet mercenarij, non tamen pro ratione fructuum beneficij. Solum ecclesia iusta stipendia pro viro docto & graui, qui si praesens adesset, suis elemosinis, consilijs, fauoribus autoritate possit suo gregi prospicere ac deservire, non ergo haec possunt per mercenarium perfici. Miraculum est, quod licet curato ob eum solum curam & onus quod vicarium vilios quam ponit, sibi substituit, amplitudinem fructuum percipere, reclamante Paulo. Qui non laborat, non manducet. Sed ais, satis est laborare per alium. Profecto si non debet manducare nisi qui laborat, fit ut qui non per se, sed alium laborat, non debet ipse manducare, sed contentus esse, si loco illius alius manducet. At forsasse parochius beneficij: possessor, satis est huic ecclesia hunc vicarium substituere. Responderet autem Ecclesia si fieri sciret, Ergo satis est ei haec quam tu illi tribuis, merces. Cur ergo reliquum ex me absque vilo sermone surripis? Innuabat se huc de residentia Episcopo: um sermo, sed hic adeo amplius est, ut illo totum fere librum nonnum compleuerimus. Audiant ergo interim superiorem Pastorem suum, qui animam suam dedit pro ouibus suis, eos admonentem, quemadmodum mercenarius & qui non est pastor cuius non sunt oues propriae videt lupum venientem, & dimittit oues, & fugit.

Ad argumenta ergo in contrarium conclusiones respondent. Commonstrant. n. illa iura naturam & ingenium, rei ubi nude praebendarum accensu consideretur, ut secunda conclusione explicitum est cuius tertia non repugnat, nempe ut ob legitimas circumstantias id si possit licite. Et pariter responderetur ad auctorum dogmata, ac subinde ad rationem in eo loco adiectam.

Ad argumenta ergo in contrarium conclusiones respondent. Commonstrant. n. illa iura naturam & ingenium, rei ubi nude praebendarum accensu consideretur, ut secunda conclusione explicitum est cuius tertia non repugnat, nempe ut ob legitimas circumstantias id si possit licite. Et pariter responderetur ad auctorum dogmata, ac subinde ad rationem in eo loco adiectam.

Ad argumenta ergo in contrarium conclusiones respondent. Commonstrant. n. illa iura naturam & ingenium, rei ubi nude praebendarum accensu consideretur, ut secunda conclusione explicitum est cuius tertia non repugnat, nempe ut ob legitimas circumstantias id si possit licite. Et pariter responderetur ad auctorum dogmata, ac subinde ad rationem in eo loco adiectam.

posita honestis viris, probis & sapientibus, pro suis virtutibus & exhaustis laboribus per littera unius studii, sed tanquam stipendia publicis ministris iustitiæ decreta, pro suis obsequiis quæ reipublicæ impendunt. Hæc conclusio potentior etiam est quam quæ de ecclesiasticis bonis asserbatur. Enimvero nisi necessaria esset iustitia ad administrationem, nunquam ob primum virtutum aut litterarum contributa essent, a populo, vel impensa ex aratoribus. Quapropter rex per iustitiam commutativam debet tales ministros: ego pro tributis quæ populis illi numerat. Debet enim suis civibus protectionem ab extero hoste, mox iustitiæ custodiam aduersus internos malefactores.

Secunda conclusio. Hinc subsequitur conclusio secunda, Licet in collatione huiusmodi magistratum atque officialium illa inspicienda sit facies distributiua iustitiæ, vt dignioribus maiora conferantur, illa in superiorem seruanda est iustitia commutativa, vt tantum stipendij cuique reddatur, quanti penditur eius labor, cura, & functionis qualitas. Conclusio hæc competentior per superiorum sit, quam vt alio pigere ceat testimonio. Tertia conclusio superioribus agnata. Personarum merita quibus publicæ administrationes & munera demandantur, non sunt assignanda præcisè sicut in distributiua iustitia secundum eorum absolutam considerationem in ordine ad seipsos, sed respectu finis & functionis ad quam assumuntur, an scilicet sint ad subditos accomodi, & ad magistratum illum gerendum idonei. Ex his fit consequens, quod si indigna sit assumptio huiusmodi classis hominum, non tam pensanda est iniuria, quæ sit dignioribus, quam illa quæ sit civitati, vel genti cui talis persona præficitur, vel toti regno, si sint Regia curia, vel præfidentes, vel assistentes. Et enim sola (vt inculcaverit, etiam) populi necessitate instituti illi sunt honores, & stipendia decreta, quæ illis obveniunt, & non propter personas ipsas, quibus de feruntur, sicut bonæ, quæ per distributiua iustitiæ communicantur. Ex hæc ergo conuenit quarta conclusio. Quando digni non obveniunt istos honores & stipendia, acceptio personarum crimen committitur, vinculumque inde ad correctionem oritur, non tamen quæ faciendæ sit ipsi, qui obtinere deberent, sed certe populo qui dam-

num accepit & incommoda. Hæc inquam conclusio ex superioribus liquido patet, quia in populum tunc peccatur contra commutativam, quæ militat sub legali vniuersali iustitia principis. Licet denegandum non sit, quin contra iustitiam distributiua iniuria fiat etiam & dignioribus, porro qui cum illo inruit litteris virtutibusque insident, quodammodo defraudantur. Bene enim consulteque & Solon & Democritus aiebant duo hæc diuina numina cuncta gubernare, præmium scilicet, & penam, quibus ideo omnis reipublica continetur. Secundum quos philosophos, Vlpianus de Iustitia & iure libro primo, Bonos, inquit, non solum metu penarum, verum etiam præmijs quoque exhortatione efficere cupimus. Illud tamen personarum quæcunque ius non inducit restitutionis ligamen, quæ illis sit faciendæ. Habet nihilominus (vt dicebam) locum & in istiusmodi distributionibus personarum acceptio. Vt verbi gratia, si Rex Salmantinos tantum ad publica munera accerserit, aut ad alias præbendas, ea tantum ratione, quod Salmantini sunt. Secus autem, si hoc argumento veterum ad explorandum eorum merita. Sed roges quis forte, quamnam merita liberanda sunt, & conquirendam in publicis magistratibus quæ in alijs ministris inferioris ordinis, vt functionibus & alij huius classis, vtum sola eorum probitas? Hanc interrogationem per necessitatem diximus, cuius, ideo gratia hæc appendimus longiusculam meditationem. Statuitur quinta conclusio. Nemo qui improbis est moribus, quacunque vel scientia, vel prudentia, quæ pro inuis in viro prauo citi astutia, præpollat, ad huiusmodi prouincia est promouendus. Enimvero artes quæ solo intellectu consistunt potest quidem vir nequam probe exercere, vt fidibus dulciter canere, pulchre pingere, adfibre sculperet illam vero præficiam quæ in iustitia administratione posita est, non nisi virtutem vniuersitate præditus exequi valeat iuste. Cuius ratione in promptu est, quod (ut dicitur Ethicor. Aristor. auctor existit) regere atque imperare, prudentiæ munus est prudentia autem sectam habet cunctas virtutes connexas, & potissimum prudentia iudicis. Est nanque (vt dicitur Ethicor.) iustitiæ cunctis

Solon. Democritus.

Vlpianus.

Quinta conclusio.

Rõ concludiõis.

Illustratur satis conclusio Aristot.

OTO
ULRE
GIBUS
DIE
13

stus haud tamen iniquitates omnes reipublice exagitare potest, ac secundum leges vindicare, nisi fuerit virtutum omnium de core perornatus, nam qualis vnusquisque est talis sibi finis esse videtur: ob idq; de officijs nō potest quis iudicare bene, qui maligne illis affectus est. Quin vero (vt rerum viu & experientia constat) corruptus animus non potest non aequitatem iustitiæ labefactare. Qua vtiq; de causâ Aristot. Politic. 3. postquam disseruit non idem esse, vt quis bonus sit ciuis, atque bonus iudex, exceptionem statim subdit videlicet eum ciuem, qui praesides est & princeps, virtutibus omnibus viri boni indigere.

Arist.

Quin age, hac ratione s. Ethic. asseruit magistratū ostendere virum, quod cum virtutes, ob idque non satis virtus dignitasq; personæ habetur explorata, quousque magistratum ineat. Ad hæc, cum iustitiæ ministri, membra sint principis, in ipsis debet suam ipsius pulchritudinem exhibere ciuium oculis. Nulla enim de re certius penditur qualis sit princeps, quam de ministrorum integritate, aut corruptela. Neque enim quidpiam illi aliud, seu diuinum ius spectes, seu naturale, seu humanum, auctus iniunctum est, quam vt iustitiam custodiat, quæ non tam legum ui, quam ministrorum prudentia, & cum primis charitate & probitate custoditur, renetur, & vegetatur. Adde quod dum hominis iniquitas auctoritate publica coarctatur, nihil esse reipublicæ pestilentius potest. Ecquid. n. iniquus atque peruersus, quæ eadem auctoritate quæ in custodiam iustitiæ diuinitus creata est, in eius exitium & internicionem abuti? Quam hæc omnia prudenter vnico verbo. 7. Ethic. Aristot. conclusit: vbi iudicem pronunciauit debere esse iustum ipsum viuens hoc est iustitiæ spiritu cuncta disponens. Quare leges vt sint ipsæ sanctissimæ, tamen sine recto iudice cadauera sunt defunctæ rationis præterquam quod dum subiectus populus videt iustitiæ custodem impune delinquere, non solum iustitiæ despectui habet, delinquendiq; aniam inde nanciscitur verum in odium virtutū certatur, quem sic pessimum ire videtur. Inter iudicis autem vna auaritia nihil est pestilentius. Quod authen. Iustitiani. Vt vus

Aristot.

Auaritia inter iudicis

dices sine quoquo suffragio fiant. disseminem pandit. Vbi ait imperator se nō suffice re, considerare, & exponere, nanta ex furto provincialium iudicium fiant pessima. Sanctissimum. Oratoribus fuit, vt nemo in illum ordinem admitteretur, nisi in primis vir bonus esset, ac mox dicendi peritus. Quanto ergo Christianis hoc debet esse sanctius in iudicibus creandis? Scopum profecto optimè ille coniecit: Moyses locer, dum genero huiusmodi cōsiliū dedit, Exod. 18. Prouide ex omni plebe viros potentes, & timentes Deum, in quibus sit veritas: & qui oderint auaritiā: & cōstitues eos tribunos, & centuriones, & quadragenarios, & decanos qui iudicent populum omni tempore. Huic autē propositioni sextam adhibeamus, Non solum præter motū honestatem scientia, prudentia, & solertia, atq; in primis animi robur necessaria sunt ei qui iustus est iudex verum etiam expediri nonnunquam cum, qui non est tam ornatus moribus, alteri qui illis abundat, ante ferri propter alias doctes, quibus præditus est, ad regendum accommodas. Atq; hoc suo gradu in inferioribus etiam ordinibus, ministrorum iustitiæ obseruandū est. Quin vero in magistratibus nonnullis creandis, & generis nobilitas æstimanda est, quæ nō solum splendorem, verum & auctoritatis pondus secum affert.

Per hoc solutū restat argumentū prius. Conceditur enim stipendia publica ministrorum iustitiæ, esse reipublicæ, vbi seipsa gubernat, atq; ad eō regis, vbi regnū tenet, nihilominus rex debet reipublicæ per iustitiā cōmutatiūm idoneos ministros pp tributa quæ illi contribuntur, quos si non dedit, renetur illi dāna facere. Sed ingerit se statum dubitatio secundi argumenti non facilis an videlicet rex possit hōi magistratū & officia vendere? Obijcere se nō videtur statim verbo ipso venditionis, horribilis quadam turpitudine ac deformitas. Quæstionem igitur opus est euoluere, de iustitiæ principis deducere Est. n. D. Thos qui (vt legitur Opusculo, quod inter sua est. 2. 1.) interrogatus sexmā Duce Brabantia, an liceret illi huiusmodi officia vendere, vel nūuo a Baluis, & Officialibus aliquid certum recipere, donec ex officiis suis eandem summam restiteret? Cui respondit, licere quidem, minime tamen es peccare, aut de peccare. In quam sententiam Colet pro-

propendet in summa, verbo. Vanalitas. At quia solutio quæstionis huius in diuersa extrema trahitur, dum alij existimant ex nature rei esse illicitam venditionem, ac si stipendia illa itaque officialium sua essent propria iure hæreditario acquisita vel acquirenda. Alij vero rem nimium relaxantes eadem officia vanalia perinde arbi trantur atque prædiorum fructus. Mediam sententiam, nescio an falsus constituere cu rabo, quæ subiectis conclusionibus patebit.

Prima. si munia hæc, magistratus & officia per se, nude & absque circumstantiis, quæ vii veniunt, speculatiue tantum, vt aiunt, existimentur, scilicet vt vere dignis perso nis venderentur, qui iustitiam recta, bona que fide ad ministrarent, neque vllum eis offerretur periculum petendi quidpiã aut recipiendi præter ius suum, nihil in se ha bent quo minus licitè & vanalia sint. Proba tur: Venditionis huiusmodi iniustitia aut inde existeret, quod spiritualia sunt, & ideo veluti ecclesiastica beneficia gratis cõ ferenda impedimentum autem hoc palam est nihil loci impræsentiarum obtinere: si quidem mete secularia sunt, aut quia sunt bona communia veluti præmia eorum, qui literis & probitate pollent atque adeo illis propter seiplos peculiariter debita, si cui prouentus reipublicæ, vel sicuti in die iudicij bonis debetur præmia. Et hoc iam modo exclusum est, nimirum dum mon strauius non esse nisi stipendia & merce dem pro seruiijs & obsequijs eorum, qui reipublicæ inseruiunt. Alia autem ratio non apparet iniquitatis huiusmodi vendi tionis, si nullus aliarum circumstantiarum habetur respectus, ergo est per se licita. Se cundo & maioris claritatis gratia argui tur: Demus reipublicam quæ seipsam, verbi gratia per consules regit, illa facul tatem habet & arbitrium constituendi ex suo iure o singulis magistratibus & offi cialibus stipendia, tanta vel tanta: ergo quando personam quamlibet huic aut il li officio deputat, cum illa persona nullum prorsus habeat acquisitum ius, potest ei stipendium vel augere vel minuere, ergo eadem ratione poterit illi imponere in tri butum quoram partem eiu dem stipendij quam soluat reipublicæ. Et eadem ratio ne potest illam quotam prærio taxare, at que adeo officium illi vendere. Posset au tem hanc nostram conclusionem quis hoc

pacto inficiari: Respublica debet æqua iura constituere ciuibus, quæ soluant officia libus. Verbi gratia, pro ta i scripto tantum pro sigillo tantum pro subscriptione, &c. Quod si pretium exuperat qualitatem offi cij, imperare debet ciuibus minora iura & ideo nihil eximere potest ab illo stipen dio, atque adeo neque illud vendere, sed remittere ciuibus. Porro autem exceptio hæc & responsio non eneruat argumentũ nostrum. Enimvero cõtingere potest, vt ex pediens ac decens sit tanta iura imponere litigantibus ad resecandas lites atque ad ar cendos a tribunalibus ciues, vel quia illud est vnum iustum tributum pro reipublica. Hoc autem supposito forte ex altera parte nimium crescit scribæ, verbi gratia, aut prætoris prouentus, ita vt pro dignitate personarum redudent. Illo ergo casu nõ video cur nequeat reipublica in iuam pro priam vilitatem quoriam illorum stipen diorum vertere, atque adeo vel locare offi cium, vel vendere. Exemplum in hisce nostris scholis patet iura scribæ ampla sũt & aucta vniuersitate decet illa per solui, factum est tamen plus nimio fructuosum offi cium: ob idque constituit vniuersitas scri bi capere iura illa, & tabellario certam con signare pecuniam. Proficilo non video dum officium prouidetur, quidnam iniu rja sit, illa conditione ministrum suum recipere. Siuis tantum, sin vero, ab alijs acci pier. Quod si huc licitum est, licuit etiam totum officium cum sua amplitudine, vel locare, vel vendere, vero præterea exceptio nem fortan quispiam obijciat. Esto, reipub lica quæ perse regitur, hoc posset, rex sa men non item, quoniam merus est dispen sator officiorum & ideo non poterit quasi sua illa vèdere, sed tenetur quasi reipub officia dispensare. At tamen obiectio hæc nisi fallor, nullatenus conclusionem nram expugnat. Rex n non tanquam dispensator, sed tanquam ipse eadẽ respub. reputandus. Enimvero non est æstimandus tanquam reipubl. vicarius, sicuti Venetorum Dux, qui sp est e reipub. pendens, sed tanquam plenissimam habent potatem reipub. eandẽ. f. quam ipsa habebat. Sic n expresse habet legalis, Quod principi. ff. de constir. princ. Quod principi placuit, legis habet vigo rem, vt pote cum lege regia quæ de im perio eius lata est, populus ei & in cum omne suum Imperium & potestatem con Soto, de iust. & iure. S tute.

Alia obiectio.

Soluitur dubitatio.

OTO
ILLE
GIBUS
DIE
13

tulerit. Hac enim lege atque hac de causa non potest illum vilo pacto dimouere, neque filios iure hereditario regnandi expropriare, si illud semel illi contulerit, nisi vbi aperta tyrannide regnum pessundaret. Et tunc solo beneficio naturalis iuris quovim vi repellere licet. Itaque regnum est suum, sicut cuiusque civis sua est domus, atque adeo quaecunque facultas & ius republicae penes ipsum est, licet non republica propter ipsum, sed ipse propter rem publicam sit institutus, & ideo omnia debet in publicum commodum referre. Hinc fit, quod magnates & domini qui sub ditione regis sunt, non habeant ex naturali iure eadem facultatem officia vendendi, quia Ducatus, verbi gratia, vel Marchionatus non censentur tanquam per se republica, neque ad illam absolute pertinet iura quae subdit solent institueri, sed dependent a rege. At tenentur ministros iustitiae decenti stipendio conducere. Verum est, quod oppida & vassalli sunt vera eorum possessio, & ideo si expedierit in bonum commune populi sui quo tam aliquam eximere ab illis officijs, nulla esset iniquitas. Sed est differentia inter regem & illos, quod quicquid rex reciperet vel extiperet ab istis officijs reputatur, esse in bonum publicum, siquidem illi incumbit regnum protegere, sicuti si ipse esset respublica, secus autem domini inferiores, non enim quicquid sibi usurparit ex huiusmodi officijs reputaret cedere in bonum publicum, nisi ipsi ad tale bonum applicarent, puta ad reparationem murorum, aut pontium &c. Igitur nullam iniustitiam deprehendere inde valeo, si dum rem nude specularemur, rex iura officialium pro bono publico venderet, ut praetoriam, v.g. aut scribae officium suis aulicis donaret, qui possunt alios substituere a quibus aliquam partem susciperent, si fructuum libertas id ferret, dummodo cunctis incommodis bona fide obviaretur, scilicet ut qui officium administrarent digno essent, neque fraudes, neque latrocinia facerent, quibus praetium quod impenderant, contraderent. Secunda conclusio. Si res haec non ita speculative, sed practice, & per appellationem ad usum atque ad effectum absurditatem qui ferme necessario inde sequatur, consideretur, non solum nunquam aut expedit, aut decet, verum secundum moralem prudentiam neque licet. Conclusio haec multis modis de-

monstratur. Primum eo ipso quod officia res sit venialis, non penditur persona cui venditur meritis, sed pecunia quo nihil potest iniquius esse. Obveniunt enim tunc plurimum magistratus viris ambitione, & avaritia corruptis, sanguine infimis, absque prudentia & literis, quo nihil in republica pestilentius est, praeterquam quod magistratus inde uilescunt. Mox & ratione via iteratur ad diripienda civium bona, nam eadem de causa avaritiae vitium palliatur. Etenim qui gratis officium receperunt, nisi impudentia insignes fuerint, non audent ultra suum ius pro suo ministerio petere, qui vero coemerunt, occasionem, saltem futuram habent dicendi quod quae prius emerunt, vendere iure possunt ad redimendam vexationem suam, quamvis reuera nulla habeant excusationem. Nam cum iure taxata sint, sua culpa est, si officium emunt ex quo legitime non possunt & pretium & idem consistere. Quod si officiales huiusmodi & iustitiae ministri repetendis pecunijs ac rebus, quas contra ius extorquent, sint populo graues, quomodo audebit qui zelus est principem aut dominum coquestratus adiret immo quomodo dominus non erubesceret ministrum corripere, a quo ipse pecuniam prius extorserat, quam ille a populo depraedatur? Existit praeterea & aliud datum, quod huiusmodi venditiones afferunt porro quod homines diuerit ab alijs rebus, quas exercere possent ut splendidius de rapina viuunt. Praeterea, & leges ipsae & iura hac ratione violantur & pessum eunt. Nam scribae, aut praetor, aut quilibet alius officialis, qui praetium empti officij extorque re debet a miseris civibus, quoniam putas modo non violabit fidem suam? quam non injuriam intendent, ut miserorum pecuniam emungant? Praeterea haec demum, quando haec sancta cessarent, cum principum inferioresque domini pro stipendijs quae a populo recipiunt, iustitiam administrare teneantur, ita se gerere, ut non solum non eam gratis administrarent, verum neque contenti litigatorum contributionibus pro ministris, imperare nouum quoque lucrum ex administratione iustitiae sibi extorquerent profecto non potest culpa absurdate vacare. Haec omnia sanctissime Imperator Iustinianus in Authentico illo aureo: Ut iudices sine quoquo suffragio fiant quo maxime ambae nostrae conclusiones corrobor-

Qui pos-
sum ven-
dere officia.

Discrimen-
inter
regem &
alios p-
ceres rei
publicae.

Secunda
conclusio.

Officia
conclu-

roborentur, luculentissime differuit. Illic enim persanctè iubet, vt personæ quæ publicis officijs addicuntur, singulis sine mercede percipiant, nihil omnino dantes neque occasione iustitiam. Verba sunt Authentici, Tamen in causam non adducit, quod illa natura sua vendibilia non sint sed omnibus, inquit, manifestum est, quoniam qui aurundat, & ita ad administratione emittit, non hoc solum, sed & aliud extrinsecus addit, amplius occasione commo- di. Et sic vno principia illicito dato, multæ sublequantur rapinæ. Legitur præterea iur. communi eadem prohibitio l. Hæc lex ff. ad leg. iul. de ambi. Quapropter & secundum ius commune Catholici Hispania- rum Reges lege etiam prohibent (vt inter eorum Pragmaticas extat) ne electiones offi- ciorum & possimum scribarum, pretio fiant, eademq; Pragmatica auctoritate etiã inuictissimi Cæsaris confirmata est. Tertia conclusio. Cunctis alijs hos esset pestilen- tius decorem reipublice turpius ostendens atq; adeo scandalosum, si iudicatus vende- rentur, aut loca eorum qui regi sunt a publicis consilijs, vt audiui in quodam provin- cia extra Hispaniam fieri, nam inde præsentissimum periculum existeret iuga- landi præuaricandiq; omnia iura. In locis autem Senatorum vendendis, quos vulgo rectores vocant eo minus absurditatis apparet, quod non vsque adeo sunt iustitiae ad- ministratores. At vero quia & urbem suo ordine regunt, & multa publica munia ge- runt, aliaq; dispensant, & non unquam in consilium iustitiae adhibentur non potest non esse incongruum, si non meritorum sed prærij estimatione eligantur, hoc autè est hic apprimè considerandum, quod etsi necessitas, legis necesse, principem quòdoq; compulerit huiusmodi loca diuendere, em- ptiores tamen, neq; vllus alius vendendi ius habent hoc enim esset munus eligendi se- natorè vsurpare, quod rex nemini commit- tit. Quapropter nisi facultate regis obten- ta, ad quem electio pertinet, nemini licet quantumvis pretio emerit, in alteru vel nu- mis, vel gratis transferre. Neq; translatio, nisi post regis assensu rata haberetur, vllius esset valoris. Quod si quis a rege facultatem transferendi locum suum perierit, nõ explicando vendiditorem, arbitror sic pecca- re vendendo vt ad restitutionem pretij te- neatur, quia neminifas est vendere, nisi

regi. Vbi autem rex eandem largiatur fa- cultate cessat restitutionis obligatio, non tamen ratio peccati postquam venditio nõ fit in bonum publicum. Subiecerim præterea quartam conclusionem, Senatores vrbium, quibus concessum est scribarum functio- nes eligere, non solum propter incommo- da, quæ secunda ac tertia conclusione e- prassa sunt, nequeunt vllò pacto pretio suf- fragia vendere, verum nature & conditio- ni suæ functionis illud repugnat. itaq; etiã regni iuxta tenorem primæ conclusionis aliquando forte liceret, illis tamen nequa- quã pretium recipere fas est. Ratio est quia ipsi non sunt in quos respublica potestate publicam transulit, veluti in regem, sed sunt meri dispensatores & ex priuilegio sim- pliciter electores, quorum ideo singulariter talem aulum cohibet Pragmatica illa regni ci ara. Ex quo fit, vt neque possint sti- pendia iuraque scribarum per modum pè- sionis dispartiri, aut cogere scribam, vt tan- tum alteri soluat. Ita enim solet inter istos senatores conuenire. Eligamus tuu homi- nem, qui tamen meo aliquid impendat. Re- vera non auderem, iuras asserere tabu con- scientias, hoc enim est pretio estimare suf- fragium. Quapropter tota pecunia restitu- da est electo scribae, tanquam per iniquita- tem extorta. Quinta postremaq; nostra cõ- clusio fit. Inter hos omnes iniustissime ac fæ- dilissime ecclesiastici Antistites huiusmodi munia vanundant. Nam præter absurda, quæ superius numerata sunt, scandalo Chri- stianos oculos offendunt. Gratis enim acce- perunt, gratis dent, non solum spiritualia, sed secularia quæ ad custodiam spiri- tualium instituta sunt. Haud equidem me la- tet, neque uero negauerim, quin aliqua iu- ra & munera Antistitib. obuenire possint, quæ antiquissima consuetudine bona fide firmata sunt, vt castatutum. Clemèntina de electionibus, adnotatur, vbi habetur quid- quid emolumentum episcopo pro venerit ex iurisdictione & sigillo curiæ Ecclesiasticæ vel secularis, futuro successoris fideliter re- feruandum. Neque denegandum, quin for- te litigantibus etiam in curia ecclesiastica æquum sit aliqua minutissima iura impera- re ad obuiandum litibus. Id tamen multo est moderatius faciendum quam in foro se- culari. Fieri enim non potest citra scandala- lum, immo forsan neq; citra iniuriam, vt sigilli prouentus & subscriptionum tam

pragmatica re- gni.

Quinta conclu.

S 2 immo

OTO
ULRE
GIBUS
DIE
13

immodici sint, cum illa testimonia, si ampli episcopatum fructus spectentur, epi videantur gratuito debere subditis. In illos enim multo vehementius militat arg. superius, quod cum gratis debeant administrare iustitiam, contenti sint exigua pecunia pro ministris a litigantibus extorquere absq. eo, quod inde sibi aliud lucrū augeant. In calce denique questionis postremum hoc verbū adhibuerim quod auctiora iura litigantium vel imponere vel dissimulare & permittere eo intuitu, ut officium plius vendatur, scelestius esset iniustitiæ crimen. Ex his ergo solum restat argumentum secundum.

Ad secū
dū arg.

ARTICVLVS V.

Utrum in iudicijs dicendis interuenire possit personarum acceptio.

Post hæc quæ de magistratibus, deque alijs reipublice munerib. atque ad eode iudicantibus instituendis ac dispensandis dicta sunt, consequitur in hoc 5. arti. vt examinemus an etiam in iudicijs dicendis crimen quoq. acceptiois personarū committi accidat? Videtur enim nullum illic locum attingere. Nam dictum est vitium hoc iustitiæ distributiue contra pugnare. Dicitio autem iuris ad iustitiam commutatiuā pertinet, siue illam partem spectes, qua inter particulares personas æquitas seruatur, vt quisque quod contulit, recuperet, siue alteram malorum, vindicatricem quæ ad æqualitatem vlciscitur mala, vt supra quæst. proxima declarauimus. Præterea, secundo arguitur. Arist. 3. Eth. præcipit, vt iniuriæ magistratibus interrogare acriori animaduersione vindicentur, quam quæ in personas inferioris classis inferuntur. Et Ecclesiast. 4. iuberet. In iudicando esto pupillis misericors. Vtraq. autem præceptio videtur personas respicere, non ergo in huiusmodi personarum acceptioe vitium æstimatur. Tertio si in iudicijs acceptio personarum versari posset, nunquam deberet quidpiam illuc admitti, quod ab gratiam attineret, nā certe cū iudex gratuito quidpiam concedit alteri partium, videtur personæ respectu illud facere, consequens ta-

Primū
argu. a
parte ne
gatiua.

Arg. 2.

Arg. 3.

men falsum apparet, nam primū videtur ratio postulare, vt ibi iudici copertū est innocentem dolo malo deferri, possit in eius fauorem multa tū indulgere, tū dissimulare, que in fauorem nocentis non posset legime, Adde quod & extra hunc casum in arbitrio iudicis apparet esse positum vniuersa latitudinem iuris possit terminos quandoque protendere, quandoq. pertingere, hisque & alijs modis, & parti vni pax altera fauere in his, que lex nō vetat. Et tertio, supremus princeps potest vitam nonnunquam vni reo donare, quam alteri simili denegat, esto vterq. condemnatus esset capitis. Quarto demū arguitur. Occurrit nonnunquam ius dubium de quo varie inter doctores opinatur tunc ergo facultatē videtur iudex habere vt amicitia, causa nūc secundū vnā opinionem sententiam ferat, post veto contrarie secundum alteram intuitu etiam personæ, ergo personarum acceptio non semper est in iudicijs illicita. In contrarium autem est illud Proverb. 18. Accipere personam in iudicio, non est bonum.

Questio hæc facilis expeditionis est, porro que vniuersa absoluitur conclusionē. Acceptio personarum in iudicijs dicendis sepe numero committitur, eademque scelus est, & immane crimen. Probatur. Iudicium est recte iudicatio iusti atque iniusti, puta qua rei duntaxat causis sincera & candida ratione perpendis, æqualitas tam inter personas quæ per dationem & receptionem in equalia habebant, constituitur, quam inter crimina atq. supplicia. Hoc autem iudicium corrumpi consuevit quoties non ad causam, sed ad personam, eiusve preces aut pretium, aut ad odium, vel fauorem conijcitur oculus, sed hoc personam accipere seu respicere, potest ergo tale vitium in huiusmodi iudicatis obrepere. Quocirca præiudicium inde nomen trahit, quod iudicium ante causarum legitimam cognitionem præcipitur. Immanitas autem huius criminis inde proditur, quod cū iudex (vt s. Ethico auctor est Aristot. vnde id Cicero li. de Legibus, de summo pñ) cunctos sit vique adeo iusti, vt eundem iniustitiam ipsam appellauerit animam, nulla esse potest præsentior peruersio, quā a iudice iustitiam corrumpi. Est enim perinde ac si ipsa se iustitiam suis manibus dilaniaret, aut certe si ratio ipsa contra se ipsam egisset.